

disponere, et pecuniarum summam maiorem, quam habere posset, legato destinato consignare. Quoad secundum dare facultates amplas quae illis legatis dari consueverunt. Quo vero ad facultatem alienandi mobilia, etiam quartam partem bonorum immobilium ecclesiarum illarum partium ad requisitionem maioris partis capitulorum et personarum ecclesiasticarum aliarum partium posset imminente necessitate illa alienare, prout videretur discretioni et prudentiae ipsius legati expedire, et haec bulla facultatis esset secreta, et illa non ute-retur nisi requisitus, et ipse viderit expedire. Quoad tertium de defensione nunc agitur, et non de generali expeditione; et si reduc-rentur isti reges ad pacem vel concordiam vel treguam, esset discutieendum inter Imperatorem, regem Christianissimum, regem Angliae et regem Poloniae, quis eorum debet esse imperator; pro presenti de-fensione videretur remittendum Germanis, Ungaris et aliis, qui pronunc-debent concurrere ad provisionem hujus exercitus, quem ipsi inter se vellent eligere pro capitaneo et duce, et si non concordarent, dare facultatem legato, ut ipse auctoritate apostolica posset eos reducere ad concordiam vel si sibi videretur unum ex nominatis eligere auctoritate apostolica. Sanctissimus Dominus Noster fecit verbum, quod alias in promotione facta de persona Hieronymi electi Gurcen. quod daretur sibi dilatio ad solvendum jura papae et collegii usque ad festum S. Michaelis de mense septembbris, quod ipse libenter nunc sol-veret medietatem, si sibi fieret gratia de reliqua parte. Aliqui erant contenti, alii vero titubabant. Papa respondit, quod daret refutato-rios...

**Acta cōsist. vicecanc. nell'Archivio concistoriale del Vaticano.*

85. Girolamo Balbi a Salamanca.¹

Roma, 12 aprile 1523.

... Unum me recreat quod iam pontifex fraudes et dolos Gallo-rum incipit clarius intueri et perinde iam a sua neutralitate defle-ctere. Sunt eciam interceptae litterae, quas card^{lis} Volterranus scri-pserat regi Galliae, in quibus feda et periculosa coniuratio est pate-facta. Vocabatur enim Gallus ad occupandam Siciliam et ducatum Mediolanen. et utroque in loco erant insidiae collocatae, quibus apertis nullus iam locus est relictus apud Pontificem Gallos tuendi. Hanc tamen rem clarius d. Petrus ut puto explicabit, nam industria dom. ducis Suesse eius fratris haec coniuratio in lucem prodiit...

Orig. nell'Archivio domestico, di Corte e di Stato a Vienna.

¹ Cfr. sopra p. 119, 120.